



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

II. Argumentvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

siam non est salus, id est, vbi nec ministerium Euangelij sonat, nec Sacramenta ministrantur. Ad infantes pertinet promissio salutis. Ergo infantes necesse est inferi Ecclesie per Baptismum, in quo super eos inuocatur nomen aeterni Patris, Filij, & Spiritus sancti. Hoc argumentum ita firmum est, vt euerri non possit. Nequaquam enim confirmari potest, pertinere salutem ad infantes extra Ecclesiam, vnde villo testimonio furenter contendunt Anabaptistae.

## II. ARGVMENTVM.

INFANTES nascuntur cum peccato, nec sunt haereticæ vitiæ aeternæ, sine remissione peccati. Instituit autem Deus in Ecclesia ministerium remittendi peccata, & distribuendi remissionem per Sacramenta. Vult ita dari remissionem, cum eius ministerio vtiatur. Quare infantibus impertendum est hoc beneficium per Baptismum.

QVOD vero Anabaptistae in vniuersum negant totam doctrinam de peccato originis, magis produnt suam amentiam. Nam si sine peccato, Christus non est passus pro infantibus. Collegimus autem alio loco testimonia Prophetica & Apostolica, quae ostendunt omnes nascentes secum asserre peccatum, vt Rom. 5. Mors perit in omnes homines, eo quod omnes peccauerunt, id est, sunt peccati. Ephes. 2. Erasmus & nos natura filij iræ, id est, rei, seu addicti iræ, in damnati. Cum igitur non dubium sit, in infantibus esse peccatum, debet aliquod esse discrimen infantium Ethnorum, qui manent in peccato, & infantium in Ecclesia, qui recipiuntur à Deo per ministerium.

## III. ARGVMENTVM.

AD quos pertinet promissio, ad eosdem pertinet & signum. Nam signum traditum est propter promissionem. Certum est autem promissionem gratiæ pertinere ad infantes: Ergo necesse est, applicari signum per ministerium, quo super eos nomen Dei inuocatur.

## IIII. ARGVMENTVM.

MANDATVM de Baptismo est vniuersale, ac ad totam Ecclesiam pertinet: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum caelorum. Pertinet igitur etiam ad infantes, vt supra per Ecclesiam. Nec dubium est semper fuisse aliqua signa, quibus infantes in Ecclesia Deo oblatis sunt, vt fuit circumcisio masculorum inde vti ab Abraham, & aliæ ceremoniæ, quibus infantes masculi & foeminae Deo offerebantur, id est, in quibus ceremonijs nomen Dei sepe inuocabatur, & applicabatur eis benedictio diuina, promissa per Abraham. Habuerunt patres & ante Abraham alia signa à Deo tradita. Oportet enim teneri hanc hypothesin: Infantes qui sunt in Ecclesia